Angelus constituitur in esse personali, seu persona angelica. ¶ Videtur, q̃ sic: quia natura angelica excellentior fuit, & est, quàm humana, ergo ad tantam, talemq; vnionem magis apta, ac digna. ¶ Secundò, quia natura angelica est deiformior, idest, Deo similior, ergo, & charior ei, cum similitudo sit ratio charitatis, ergo plus decuit illam suo creatori tam proximè copulari, ac Deum suam dilectionem ad illam ita ostendere. ¶ Tertiò, quæ propinquiora sunt, conuenientiùs vniuntur, sed natura angelica est Deo propinquior, vnde decentiùs videretur, superpulcherrimam, & supersimplicissimam deitatẽ hypostaticè vniri incorporali, ac purę, & simplici naturæ angelicæ, q̃ humanæ, quæ corpus habet vile, ac sordidum. ¶ In oppositum sunt uariæ rationes, quæ tangentur.

Obiectio prima contra veritatem.

2

3

In oppositum.

Albertus in ſenti d. art. 2.

¶ Ad hoc respondet Albertus: Angelus non est hypostaticè Deo unibilis. Primò, quia ab angelo in separabilis est discretio personalis, iuxta quod dictum est secundo libro, 4. distinctione, vbi Magister ex uerbis asserit Augustini, q̃ personalis discretio, seu personalitas ipa, est vnum de quatuor attributis naturæ angelicæ, quæ ipam naturam non dereliquunt. Si ergo angelus assumeretur, aut personalitas in ipso maneret, & ita non fieret unio in persona, sed essent ibi duo personalia esse: aut non maneret, & ita corrumperetur, q̃ absurdum est: quia assumptio nihil destruit in assumpto, imò cũ res corrumpi dicatur, dum esse suum personale corrumpitur, sequeretur, q̃ ipse angelus in tali casu corrũperetur. Item assumptio est ad redemptionem, quæ per alium fit, q̃ per illum, qui peccauit. sed, qui per seipsum peccauit, non habet congruitatem, ut per alterum satisfaciat. Cum igitur angelus per seipsũ peccauit, per alium satisfacere nequit, ergo uana esset eius assumptio. Amplius, unio non fit ad oẽs hypostases naturæ unibilis, sed magis ad vnã, atque ob hoc, q̃ oẽs in uno peccauerunt, à quo descendent, etiam per unum satisfacere valẽt, sed non oẽs angeli ab uno angelo orti sunt: ergo assumpto uno, non posset per illum satisfieri pro omnibus eis. Hic ad Hebræos ait Apostolus, q̃ Christus nusquã angelos appræhendit, sed semen Abraæ appræhendit. Hinc dico, quòd similitudo non est sufficiens rõ assumptibilitatis naturæ rõnalis, sed exigitur aliquid ex parte naturæ, aliquid quoq; ex parte status. Ex parte naturæ, q̃ tempore, & actu distinguibilis, seu separabilis sit à perfectione personali, q̃ item originem ducat ex vno suæ speciei supposito: quoniã aliter una hominis natura assumpta, non esset Deo vnita in natura, quia natura alia, & alia est, ſcm quod est ex alio originis principio. Ex parte verò status requirit, q̃ per alium peccauerit, & ob hoc resurgere possit, q̃ non reperiuntur in angelo. hinc assumptibilis nõ est à persona diuina. Hæc Albertus.

Roma. 5.

Hebrę. 2.

lib. 5. c. 5. & 6.

¶ Concordat Vdalricus in Summa: Diuina, inquiens prouidentia cum nõ sit naturarum corruptiua, operat in unaquaq; natura ſcm modũ, & capaci tatem illius, non aũt potuit assumi natura angelica in unitatem psonæ sine sua corruptione. Cum enim in perpetuis non differant esse, & posse, principia personæ in angelis nõ excedunt ipsam personã, sed sunt simul in ipsa, vel potiùs sunt ipa persona. Hæc Vdalricus, qui hic eadẽ scribit, quæ Albertus, & addit: Cum in angelis tot sint species, quot individua, hinc una specie angeli assumpta, nõ ex hoc fortiret remediũ species angelica alia: qđ & consonat Thomæ, non tñ scriptis Alberti super. 2. ut patuit ibi.

art. 1.

¶ Insup Thomas in tertia parte, quarta q̃stione, interrogat: utrum humana nàtura fuit magis assumptibilis à filio Dei. Rñdet: Assumptibile dr̃ quasi aptuũ assumi à diuina persona, q̃ aptitudo non ualet intelligi ſcm passiuam potentiam naturalem, quæ non extendit se ad id, qđ transcendit ordinem naturalem, quem transcendit personalis vnio creaturæ ad Deum. hinc assumptibile aliquod nõ dicitur ſm congruentiam ad unionem psatam. Hæc aũt congruentia in natura humana ſcm duo attenditur, utpote penes eius dignitatem, & penes eius necessitatem. Penes eius dignitatẽ, q̃ a inquantum rõnalis, & intellectualis, nata est Deo coniungi per operationẽ, ipsum cognoscẽdo, ac diligendo: penes necessitatem quoq;: qm̃ originali pctõ subiecta, indiguit reparatione, quæ duo soli conueniunt naturæ humanæ. Naturæ quippè irrationali deest congruitas dignitatis, naturæ uerò angelicæ congruitas necessitatis: uñ relinquitur, q̃ sola natura humana, assumptibilis fuit à Deo. Aliqui aũt dicunt, angelũ nõ esse assumptibilem: qm̃ à principio suæ creationis est in sua personalitate perfectus, cũ nec gñationi, nec corruptioni subiaceat: sed hõ non uñ totaliter excludere congruitatẽ assumptionis naturæ angelicæ. Potest nãq; Deus creando nouã angelicã creaturam, seu naturã, sibi copulare eandem in unitate personæ, sicq; nil præexistens ibi corrumperetur. Verum (ut dictum est) est ibi congruitas necessitatis, qa etsi natura angelica in qbusdã psonis peccato subiaceat, tñ pctm̃ angeli irremediabile extat. Hæc Thomas in Summa. ¶ Alexander demum hic scribit, q̃ humana natura unibilior sit Deo, q̃ natura angelica, quia in pluribus est imago Dei in hoie, q̃ in angelo. ¶ Istud non prosequor: qm̃ sicut ostũ sum est super primũ, quem admodum (absolutè loquendo) angelus est multo nobilior, atq; perfectior hoie, ita in angelo (absolutè loquẽdo) eminentiùs splendet summæ trinitatis similitudo, & imago, q̃ in hoie ipso: quis in qbusdã accidentalibus in hoie magis reluceat, ut quòd oẽs hoies descendunt ab uno primo parente, sicut uniuersa ab uno primo principio: & qđ sicut Deus est totus in toto universo, & in qualibet eius parte, sic anima est tota in corpore toto, & tota in qualibet eius partẽ. ¶ Denique Bonauentura: Maior, inquit, fine dubio fuit congruentia in natura humana ad unionem præsatam, q̃ in natura angelica: quod satis patet ex hoc, q̃ Deus sic fecit, qui quod congruentissimum est facit. & huius est ratio triplex: Prima, quia in humana natura ẽ discretio personalis ſm originem, qua unus homo generatur ab alio: hinc filium Dei, qui distinguitur à patre ſm originem, magis decuit assumere naturam humanam, quàm angelicam, in qua unus angelus non propagatur ab alio. Secunda, propter maiorem diuini exemplaris representationem: quoniam homo dicitur minor mundus. Tertia: quoniam homo in aliquo cum omni communicat creatura: idcirco in eius unione cũ verbo, omnis creatura quodammodo exaltatur. Insuper homo magis indiguit, & minus indignus fuit, inquantum eius peccatum excusabilius, & remediabilius fuit peccato angeli, uñ & misericordia Dei in hominis assumptione magis ostensa est per hoc, q̃ homo miserabilior, infirmior, atque inferior extitit. Deus quoq; per Salomonem testatus est: Deliciæ meæ esse cum filijs hominum, per quod insinuatur specialis quædam aptitudo ad huiusmodi vnionem. Hæc Bonauentura. Verum de hoc, an natura angelica assumptibilis sit, non scribit, similiter nec Richardus, qui in his Bonauenturæ cõcordat.

Alexãder. de Hales 3. par. q. 2. mem 6 Dionysius cõtra Alexandrum.

Bonauen. ſsen. dist. qu. 1. ar. 2.

Prou. 8.